

29
DISPUTATIO
PRO OBTINENDA LICEN-
TIA, AD INSIGNIA DOCTORA-
TVS SVSCIPIENDA.

QVAESTIONES.


De Ortu & Cura morbi Comitialis.

De Diabetis seu Dipfaci origine Symptomatis
& Cura.

De Inflammatione septi transuersi Symptoma-
tis & curandi ratione.

M. D. XLVIII.





W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, emde, Antiochia ad 62. L.
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendin Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memorie Ge. Sibitij a pœniata alio. A.
- 8 Vithenta Exorata p. linn Cornarum. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brachila p. Vity. Exor. asserenda p. i. d. Aug. 8.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam na a mial seminis na D. Roth a.
- 12 Disp. Wensley Baion q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Hominij Sheomey de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amichatij de pœniemoria. D.
- 15 Disputationes duae D. Roth a p. Dolorandis aliq.
- 16 Disp. D. Amichatij, de 180 Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naeij de Phebonia. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. Rerpadhero doctorendo.
- 19 Disp. D. Menicij de catharus, rudente P. hio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth a m. Pœsthorfio de Thelamgha dny.
- 21 Allocatio a purgatio Sumat D. Naeij, ad 51. C.
- 22 Disp. de plegione, 1 Hamilleij & Flacij.
- 23 De lotione a balneis D. Amichatij & Masheolis. E.

24. Dissertat. B. Jacobi Titichij & Sincero & Nathero.
25. Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
26. Diss. de causis febrind in grec, V. Clavinj.
27. Diss. P. Svin: Scheitij de Archi Tri notica.
28. De sang & pituita V. Peembach & 3 Valtore
29. V. Peembach & dore & Quast medica (D
31. De calore & spem naturo diss. Meinerj & Steinnich. C.
32. De nino & eius quatuor V. Hoffmann & Scheitij
33. De lute diss. Hufsen & M. Baroth. 34. Estasis Strach
35. Elementa Hip. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
36. Reta moderatj ratio V. Meinerj. C.
37. Cae & principia certitudinis V. Titij Regionoh. C.
38. Dissertat. de peste naturo diss. Lamm, Faysen.
39. Ougo & ca. petri & Bernhardi Eincedling
40. Cae & Scholentj V. Herring. Steinnich. 41. V. Kontmannj.
42. Von ungeliefen. 43. Vom Meinen ^{bro. off} melf
44. Facchia & mores mense caru. 45. Caphys V. Pistor. E.

29
DISPUTATIO
PRO OBTINENDA LICEN-
TIA, AD INSIGNIA DOCTORA-
TVS SVSCIPIENDA.

QVAESTIONES.

De Ortu & Cura morbi Comitialis.
De Diabetis seu Dipfaci origine Symptomatis
& Cura.
De Inflammatione septi transuersi Symptoma-
tis & curandi ratione.

M. D. XLVIII.



SEBASTIANO
ROTH AVRACHIO, MEDICINAE DOCTORE ET DECANO,
AVTORE ATQVE OPPVGNATORE, THEMATA DISPUTATA à Medicinae candidatis subscriptis
pro Licentiatūra ad Doctoratū.

GVOLFGANGI MEVRERI ALDENBERGENSIS bonarum artium Magistri, Medicinæ
Baccalauræi Themata.

Vtrum Epilepsia, morbus instrumentarius, ex imperfecta, anteriorum Cerebri uentriculorum, obstructione, oriens, sensus omnes tam interiores quàm exteriores, uimq; motiuam intercipiēs, subito ægrum corripiciens atq; prosternens, conuulsione totius corporis intermittente affligens.

Medicamentis absterforijs, incisuijs, euacuatorijs, digredientibus, & apophlegmatismis rectè curari possit.

CONCLUSIO.

Tametsi morbi quamplurimi facultatē sentiendi & mouendi opprimant, conuulsionemq; totius corporis inducant, nō tamē omnes pro Epilepsia sunt habēdi.

Morbus Comitialis facultatem sentiendi & mouendi intercipit, ut æger nec uideat, nec audiat, nec adurentem ignē sentiat, non reminiscatur, non intelligat, tum horrenda conuulsione ægrum torquet & quassat ob imperfectam uentriculorū Cerebri obturationē.

Apoplexia ab Epilepsia discernitur, quod sensum & motum plena obstructione meatuum spiritus abolet, nec ulla conuulsione aut tremore corpus quassat, nec ex periodis Epilepsiae modo infestat.

Lethargus & Epilepsia loco affecto, actionis lesione & symptomatis alijs differunt, in postremo siquidem Cerebri Cauo, lethargus ex Apostemate cum febre oritur, memoriam simul cum ratione delet, sensus & uim motiuam hebetat, non intercludit, nec spasmus cruciat, nec corporis concussionem affligit, sicuti Epilepsia anteriores cerebri uentriculos occupans.

Præfocatio Uteri etsi simillima symptomata Epilepsiae inuehat, plurimum tamen ab ea differt, Epilepsia omnes sensus intercipit, Uteri strangulatio uim loquendi adimit, audiendi, intelligendi, reminiscendi facultatem non aufert. Denique uteri præfocatio pulsatilem uim & anhelitum totum sæpe intercipit, Epilepsia nunquam nisi letalis sit, Præfocata paroxysmum præsentit, Epilepticus nihil præsentiens corrui & conuellitur, præfocata conuulsione non torquetur.

Syncope multis notis à morbo sacro, dinoscitur, faciem morientis gerit, deliquio animi laborans, Epilepticus faciem sani repræsentat. Syncope pulsus, respirationem, omnem sensum & motum abolet, spasmus non lacerat, nec ullo motu corpus succutit, ut Epilepsia. æger quoque Syncopen corripientem præsentit, non autem Epilepticus suum paroxysmum.

A Protono, Opisthono, Tetano, qui perpetuis conuulsionibus infestant, morbus comitialis intermittente suo spasmus dinoscitur.

Analepsia à uentriculo, Catalepsia ab aliarum corporis partium, noxijs & uenenatis halitibus oboriens, ægro præsentiente uaporum tanquam è barathro emergentium ascensum, ab Epilepsia discernuntur.

Epilepsia spumam ex ore, excrementa ex aluo exorquens, tremore crebro concutiens, dira conuulsione torquens, respirationem strangulans, strepitum
in pc

in pectore excitans, pulsum opprimens, omnium
est perniciosissima, crebrèq; letalis.

C V R A.

Epilepsie Paroxysmus, Enemate auertente à cerebro, frictionibus
& ligaturis extremarum partium, odoribus foetidis & suauibus, dis-
sipandi facultate pollentibus, ex castoreo, assa foetida, serapino, ruta,
hyssopo, abrotano, aqua lauendula, uino sublimato, aqua uitæ, epithe-
matis ex menta, origano, serpillo, folijs lauri, ruta, maiorana, discuti-
tur, ægèrq; reuocatur.

Subitaria improuisa inuasio, atq; dissolutio paroxysmi Epilepsie,
inducant lentam & crassam causam, obstructionem meatuum, spiritus
inducere.

Causa Epilepsie uiscida, absterforijs, crassa incisuis & digerenz-
tibus est coquenda, Oximelle S. & Squillitico, Syr: de hyssopo, de sti-
cados, diluto aqua Peoniae, Betonicae, ruta, maiorana, hyssopi, abrota-
ni, Euacuatur commode pillulis ex Hierà composita, Ieralogodio, co-
chijs, Aureis, de Iera S. cum Agarico, foetidis. Reliquie topicis paro-
xysmū dissipantibus, lotionibus & irrigationib. capitis absumentur.

PROBLEMAT A.

Cur Comitialis morbus infantulorum intra pubertatem & adole-
scentiam ad annum uigesimumquintum usq; sit medicabilis, in reliqua-
rum ætatum nulla, neq; iuuenili, neq; senili.

Cur Catalepsia uix unquā exquisitè tolli possit sine causticis reme-
dijs, uel præsectione partis halitum profundentis in cerebrum tan-
quam è lerna.

BLASII THAMMVLLERI

ARTIVM LIBERALIVM MAGISTRI

Medicinæ Baccalaurei Themata.

Vtrum Diabetes siue Dipsacus, similis morbus, à
renū & uesicæ retentricis facultatis imbecillitate
nascens, assiduo & immenso urinæ & potionis crudæ
profluvio agrū perimens, à causâ calida refrigerato-
rijs atq;

rijs atq; astringētib; . à frigida, calorificis & astricto-
rijs medelis salubriter curari queat.

Diabetes morbus similis est, ex intemperie tam calida quàm frigida essentiam acquirens, Renum & uesicæ, tantam imbecillitatē inuehens, ut assiduo profluuiū urinae ægrum exoluat, atq; uitam absumat.

Diabetes, sitim inextinguibilem, cupiditatem in renibus insaciabilem attrahendi potum excitat.

Tamet si uesica, serum sanguinis & potum à renibus impulsus, intromittat, atque expellat, non tamen attrahit. Diabetes uehementissimum desiderium potandi in renibus, sicuti canina appetentia uorandi, in ore uentriculi cum ingenti robore attractricis, imbecillitate summa retentricis facultatis excitat.

Causæ tam externæ quàm internæ, immodicus aromatum & diureticarum radicum usus, frigida exuberans potus, ambiens gelidus, intemperies renum, Diabetesen pariunt.

CURA.

A calida intemperie nuda Diabetes, refrigeratorijs & astringentibus, cibis, potibus, & medicamentis extinguitur, ueluti esu intestinalium, uerum, uentriculi, pedum, alarum, cremore carniū glutinoso piscium gelato, commestione carnis uituli, agni, hœdi lactentis, pulorum gallinaceorum, reliquarūq; auium, potu frigida aquæ, rumicis, dipsaci, lactucæ, Epithematis, unctionibus, cerotis, ex decocto Rhoë, spinæ acutæ folijs, mori, mespili, mali Citonei folijs & fructibus, pentaphili radicibus, renibus adhibitis.

A calida intemperie cum humore concoctione humoris cum Syrupo de papauere, uiolato, neunupharino dilutis cum aqua ordeï, lactucæ, acetosæ. Euacuatione, cum decocto Reubarbari, mirabulanorū citrinorum, diacatholiconæ, de quinq; generibus mirabulanorū, cibo, potu, medicamentis supra enumeratis deinceps succurrendum.

A frigida intemperie nuda contracto diabete, succurrendum, calorificis alteratibus & astringentibus, aqua mentæ, absinthij, saluie.
Syrupo

Syrupo de menta, de absinthio, decocto Eupatorii seu Agrimonie. Si cum humore consistat Euacuatione cum mirabulans kebulis, Hiera S. cum Agarico, Diaturbit cum Reubarbaro, usq; Mitridati ex aqua mente, uel absinthij, unctione ex oleo Costino, Camomillino, laurino, renibus atq; uesicae, adhibitis prius Epithematis ex absinthio, menta, saluia.

PROBLEMA.

Cur potatores tremuli, Heluones suspiriosi, utriq; exangues, mali habitus, marcidi, luridi, in Hydropem proni conspiciantur breuem uitam agentes.

BALTHASARIS KLEIN

BONARVM ARTIVM MAGISTRI,

Medicinæ Baccalaurei Themata.

Vtrum, inflammatio septi trāsuersi, dolore lateris affligens, febrem perpetuam accendens, Pulsum durum prope ferrinum, gignens, anhelitum angustum & difficilem reddēs, conuulsionem & delirium inducens, sputum exiguum exhibens, pleuritis sit censenda, atq; eadem medendi ratione, qua costalis morbus, curanda.

Diaphragmatis inflammatio, etsi eadem Symptomata prope, quæ costalis membranę abscessus inferat, loco tamen & magnitudine differens, ualidiora remedia ob distantiam uidetur exposcere.

Delirium & conuulsio uehemens, latalem septi tranasuersi inflammationem indicat.

Missio sanguinis ex uena Axillari è directo, donec sanguis ruber pro nigro effluat, maximum & presentissimum affert auxilium. At in corpore oppleto expedit duobus diebus prius uenam sub interno malleolo (saphenam nuncupant) secare.

Dolore

Dolore deorsum in Illia protenso, purgatio per pharmacum, missioni sanguinis præferenda.

Fomenta tam sicca quàm humida, auxilium pleuritidi in septo transuerso afferunt, non tamē æquē efficax, ut in abscessu costalis membranæ, ob loci profunditatem, & situm administrationi ineptum.

Abscessus in septi transuersi ima superficie, in cauum ventris spectante, nec sputo, nec diureticis medicinis, nec pharmacis expurgari potest, ut nec aqua in Ascite, ea propter periculum minatur graue.

Suprema diaphragmatis superficies in pectus spectans, etsi sanies in cauum profundum pectoris excidat, Eligmatis tamen, decoctis, & Syrupis saniem educentibus, per pulmonem expurgatur, ut in pleuritide & Empimate.

PROBLEMA.

Cur acida ructantes Pleuritide non corripuntur.

An Diaphragma animæ sedes sit, ut ueteres censuerunt, quod delirium crebro ex eius affectibus exoriatur.





